

**A**PASCHA AUTEM USQ; AD CAL  
lendas nouembres omnis ut  
supradictum est psalmodie quan-  
titas teneatur. excepto quod lec-  
tiones In codice propter breuita-  
tem noctium minime legantur.  
Sed pro ipsis tribus lectionibus.  
una de ueteri testamento memo-  
riter dicatur. quam breue respon-  
sorium subsequatur. Et reliqua  
omnia ut dictum est implentur.  
Id est ut numquam minus ad duo  
decim psalmorum quantitate ad  
vigilias nocturnas dicantur ex-  
ceptis tertio. & nonagesimo quar-  
to psalmo. **QUA LITER DOMI-**  
**NICIS DIEB; VIGILIE AGANTUR.**

**D**OMINICO DIE TEMPERIIS SYR-  
gatur ad vigilias. In quibus vi-  
gilis teneatur mensura. id est